



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

5. In articulo mortis tollitur quæcunque reseruatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

sat inadvertentia . aut ignorantia
non affectata. Non tamen exclu-
duntur legati cum constet sum:
Pontificem, nec moraliter posse nec
debere (idem de Episcopo, Prælato)
per se ipsum à Casibus sibi reserua-
tis absolvere.

V. In articulo mortis seu pro-
babili periculo quicunque Sacer-
dos potest excommunicatum ab-
soluere à quacunq; excommuni-
catione quantumuis reseruata :
cautione nimirum præstitâ iura-
toria vel pignoraticia seu fideiusf-
soria de stando mandatis Ecclesiæ
& satisfaciendo. Conc. Trid. sess. 14.
c. 7. atque ideo omnes Sacerdotes
etiam non adprobati quoslibet
pænitentes à quibusuis peccatis &
censuris absoluunt, vbi saltē propri-
us Sacerdos , aut qui ordinariâ ha-
bet iurisdictionem non adsit, vel
imparatus Non tantum q' odi iure
diuino (vti aliqui probabiliter
P docent)

, qui
[B]
atio.
sol-
ibus
ote-
Epi-
à re-
Pon-
. 13.
er ex
patel
sigil-
Cœ-
ui si-
dum
con-
sibus
com-
sayr.
ntra
otat.
.ex-
usas

docent) ea potestas & iurisdictio omnibus Sacerdotibus palam excommunicatis, hæreticis, degradatis &c. Competat, sed etiam quod iure Ecclesiastico comuni omniū Pontificum & Conciliorum consensu potius ex ipsa Apostolorū institutione absoluendi potestas & iurisdictio in articulo mortis concedatur, vide Tan. cit. q. 9. dub. 3. Henrīq. cit c. 12. Suar. t 5. d. 7. f. 6. sa. V. *Absolutio ab Excomm.* Forma absolutionis potest esse: Absoluo te ab excommunicatione, quam incurristi v. g. propter percussionē Clerici, & restituo te Sacramentis Ecclesiae, seu communioni fideliū: aut quæuis alia verba cum intentione, sufficiunt, nec teste *sacit.* n 5. requiritur expressio verbalis in absolutione excommunicationis.

V.I. Extra mortis articulum multi Religiosi per sua priuilegia à Sede Apostolicâ concessa, possunt
quos,